

25 Post martios labores,
 26 Et Cæsarum parantes
 27 Virtutibus, per orbem
 28 Tot laureas virentes,
 29 Et Principis trophæa;
 30 Felicibus triumphis
 31 Exultat omnis ætas,
 32 Urbesque flore grato,
 33 Et frondibus decoris
 34 Totis virent plateis.
 35 Hinc ordo veste clara
 36 In purpuris honorum
 37 Fausto precantur ore,
 38 Feruntque dona læti.
 39 Jam Roma culmen orbis
 40 Dat munera & coronas
 41 Auro ferens coruscas
 42 Victorias triumphis,
 43 Votaque jam theatris,
 44 Redduntur & Choræis.
 45 Me fors iniqua lætis
 46 Solemnibus remotum
 47 Vix hæc sonare sivit
 48 Tot vota fronte Phœbi,
 49 Versuque comta solo,
 50 Augusta rite seclis.

Probl. VII.

DATO CAPITE VARIATIONES REPERIRE.

HOc in Complexionibus sol-
 vimus supra. De situs variati-
 onibus nunc: Sunt autem
 diversi casus. Caput enim Varia-
 tionis hujus aut constant una re,
 aut pluribus: si una, ea vel mo-
 nadica est, vel dantur inter Res
 (variandas) alia aut aliæ ipsi
 homogeneæ. Sin pluribus con-
 stat, tum vel intra caput dantur
 invicem homogeneæ vel non
 item extrinsecæ quædam intrin-
 secis homogeneæ sunt vel non.

Primum igitur capite variatio-
 nis fixo manente numerentur res
 extrinsecæ; & quæratür variatio
 earum inter se (& si sint discon-
 tiguæ seu caput inter eas ponatur
 præciso capite, per probl. 4.
 productum vocetur A. Si caput
 multiplicabile non est, seu neque
 pluribus rebus constat, & una e-
 jus res non habet homogeneam,
 productum A erit quæsitum. Sin
 caput est multiplicabile, & con-

stat 1. re habente homogeneam, productum A multiplicetur
 numero homogenearum æquè in illo capite ponibilium, &
 factus erit quæsitum. Si verò caput constat pluribus rebus quæra-
 tur variatio earum inter se, (etsi sint discontiguæ seu res extrin-
 secæ interponantur) per probl. 4. ea ducatur in productum A,
 quodque ita producitur dicemus B. Jam si res capitæ nullam
 habet homogeneam extra caput, productum B erit quæsitum. Si

K 3

res